Potestas et capitaneus et priores artium teneantur mictere expensis comunis populi ambaxiatores tam pro factis et negotiis comunis populi vel tangentibus ipsum commune quam pro habendo et recuperando aliquem civem vel comitatensem populi captum vel detentum vel de rebus suis spoliatum et ad recuperandum ipsum vel bona eius et prebeant operam et sollicitudinem oportunam pro posse. Et si ille populi qui esset captus vel detemptus et rebus suis spoliatus non restitueretur, potestas et capitaneus teneantur [illegible] hominum illius terre in qua captus et detentus vel spoliatus esset aliquos [illegible] detineri facere ita quod [illegible] pro [illegible] et [illegible] faciat detineri et de [illegible] intelligatur qui habitati erunt in comitatu vel districtu populi et non in aliquo [illegible] in libro comunis populi assignata. Et si [illegible] negligentes in predictis puniatur quilibet eorum in C. libr. Preterea non aliis petentibus ambaxiatores vel [illegible] suis expensis potestas et capitaneus et priores [illegible] faciant [illegible] modo [illegible] quare ambaxiatores [illegible] postulant. [illegible] ambaxiatores sine licentia consilii alicui non concedantur [illegible] petentibus populi [illegible] expensis. Et quia super salario ambaxiatorum et ipsorum electione et super receptione ambaxiatarum oportet frequenter consilium fatigari. Statuimus quod priores artium teneantur eligere ambaxiatores et eos destinare pro negotiis comunis populi et aliis ordinandis per consilium generale comunis et eos cogitare et eis facere satisfactionem secundum modum infrascriptum. Volumus insuper quod ambaxiatores ituri ad aliquam ambaxiatam portare debeant inscriptis ambaxiatam quam facere debebunt et potestas et capitaneus et priores in pena C. libr. den. pro quolibet eorum teneantur ambaxiatoribus dare inscriptis ambaxiatam quam facere debebunt. Et dicti ambaxiatores teneantur non dicere aliam ambaxiatam nisi

illam quam inscriptis portabunt et teneantur inscriptis portare ambaxiatam a loco ad quem iverint quod et qualiter eis responsum fuit si eis data fuit. Dicimus insuper statuentes quod potestas et capitaneus teneantur facere iurare ad sancta dei evangelia quod ambaxiatores ituri ad curiam romanam de non intromictendo se super aliquo negotio nisi tantum super facto et negotio comunis populi super quo fuerint deputati et eis utile pro comuni populi videbitur. Salarium autem ambaxiatorum hoc modo sit et esse debeat et non aliter ullo modo aliquo capitulo vel reformatione non obstante, videlicet quod quilibet ambaxiator iturus ad curiam romanam vel ad curiam [illegible] vel ad regem ducat et ducere teneatur ad minus iiii. equos et habeat pro die qualibet in eundo stando et redeundo a comuni iiii. libr. den. Si autem iverit ad aliquem locum extra districtum populi et duxerit pro quolibet eorum iii. equos habeant illi qui duxerint tres equos pro qualibet a comuni l. s. den. pro die qualibet pro quolibet eorum. Si vero duxerint duos equos habeant pro die qualibet quilibet ducens duos equos xl. s. den. et si unum xx. s. den. et teneatur notarius cum quo dat apodissam ambaxiatoribus eos iurare facere deducendo et tenendo in dicta ambaxiata totidem equos pro quot eorum apodissa [illegible]. Volumus insuper quod quilibet ambaxiator teneatur die qua discedet de civitate extra districtum populi et attigerit terram alicuius terre et in alicuius terre districtu hospitari qui si non fecerint ambaxiator qui illa die hospitaretur in civitate vel districtu populi nichil habere debeat a comuni pro ambaxiata illius diei. Et qui cumque iverit pro comuni per comitatum populi cum duobus equis habeat pro die qualibet a comuni xx. s. den. et si cum uno equo iverit x. s. pro die qualibet habeat et non plus et si potestas et capitaneus et priores vel alter eorum proponeret vel proponi faceret in aliquo consilio vel adunantia rectorum de dando ambasiatoribus maius salarium illo quod supra dictum est aut quod reformaret quilibet eorum contrafaciens a comuni puniatur C. libr. den. solvere teneatur.

De custodia carceris.

Statuimus et ordinamus quod dominus capitaneus toto tempore sui regiminis teneatur et debeat custodire et custodiri facere carceres comunis populi et carceratos [illegible] de mandato domini potestatis vel capitanei vel ancianorum [illegible] vel ut [illegible] comunis populi detineantur et custodire et detineri et custodiri facere in dictis carceribus toto tempore sui regiminis et ad custodiam dictorum carceratorum et carceratorum debeat deputare et ponere xv. custodes et unum notarium forensem [illegible] qui sint ad dictam custodiam [illegible] custodiendam carceres et carceratos et dictis carceribus. Et pro predictis omnibus habeat et habere debeat pro suo salario dictorum custodum et notarii quadringentas libr. den. ultra salarium sibi deputatum. Item statuimus et ordinamus quod dictus notarius carcerum presente uno ex iudicibus domini capitanei teneatur et debeat scribere omnes captivos carceratos et detentos et causas quare detineantur et carcerati sunt duobus diebus ante initium regiminis ipsius domini capitanei. Insuper dictus notarius domini capitanei deputatus ad dictam custodiam et notarius carcerum teneantur et debeant scribere omnes carcerandos et ponendos in dictis carceribus et a quolibet carcerando pro maleficio de novo mictendo in dictos carceres dictus notarius carcerum percipiat et percipere possit ab eo xii. den. et a quolibet creditore ad cuius petitionem debitor mictetur

in dictis carceribus .xij. denarios pro salario dicte scripture et do
ctores recipere possit pro scriptura relaxationis quam aliquis exi
beret a dictis carceribus. ¶ Preterea volumus quod dicti notarii
et dicti custodes vel aliquis de familia dicti domini capitanei per se vel
alium non possit nec eis liceat aliquid recipere quocumque in
dictis carceratis seu detentis vel ab aliquo eorum vel de bonis
eorum vel alicuius eorum vel ab alio pro eis vel aliquo eorum pena
imminente contrafacienti .l. librarum denariorum et in restitutionem rei ab
latae in duplum pro qualibet vice et de predictis omnibus et quoli
bet predictorum et inseptis quilibet possit accusare coram potestate predicto
et eius iudice et intelligatur legitimus accusator eo ipso quod accusationem
porrexerit. ¶ Volumus insuper quod dicti duo notarii debeant et
teneantur scribere omnes relaxantes de carceribus supradictis et etiam
causam relaxationis et exemptionis. ¶ Item credimus et volumus penitus
observari quod familiares domini capitanei qui erunt deputa
ti ad carceres custodiendos teneantur et debeant captivos
existentes in carceribus ex parte domini potestatis vel alterius officia
lis communis Perusii de dictis carceribus dicti domini potestatis et etiam
coram aliis officialibus communis Perusii ducere ad postulationem
talium officialium et ipsum de carcere relaxare si placuerit officiali
quem eum carcerari fecerit nisi ex parte alterius officiali
alius esset ibi recommendatus. ¶ Item quod si aliquis de dictis
carceribus evaserit vel aufugerit si erat ibi positus pro de
bito pecuniario teneatur capitaneus ipsi creditori solvere de
suo ipsum debitum pro quo detinebatur in ipso carcere et
si fuisset detentus pro pena corporali si quidem erat
pena mortis solvat de suo .D. librarum denariorum si pro alio
membro vel alia pena corporali ducentas libras denariorum et si pro
pena pecuniaria solvere teneatur communi dictam penam. ¶ Manda
mus insuper statuentes quod predictus dominus capitaneus teneatur et de
beat sindicari et examinari de supradictis omnibus et sin
gulis si contra fecerit in aliquo predictorum debeat tempore sui
sindicatus per sindicatores et examinatores suos in
penis predictis condempnari prout supra est expressum. ¶ Et
mandamus quod carcer novus in Castro sive in campo ba
taille pro communi Perusii iuxta carcerem veterem existentem in dicto
campo perficiatur in expensis communis Perusii de omnibus oportuni
bus et in expensis pro perfectione dicti carceris priores sive faciant
et facere possint aliquo non obstante in quo detineantur debi
tores tantum qui sint a malefactorum segregati. ¶ Et quia lege
iubente afflictis non est maior afflictio inlaterius infe
renda presenti capitulo duximus statuendum quod custodes illi
qui erunt super custodia carcerum deputati nullo modo auf
ferant nec auferre possint captivis qui in carcere communis
Perusii detenti fuerint vel detinebuntur in posterum quacumque
de causa per se nec alios nec pro introitu nec pro exitu nec
pro elemosina eis data aliquo modo vel ingenio nec
aliquid breve vel papire seu quod extorquere possit nec debeant
ab aliquo captivorum seu ab aliquo pro eis occasione nec de
ipsa elemosina nec occasione introitum seu exitum vel
occasione potestatis vel assessoris vel occasione custodie vel ali
qua alia occasione que dici possit vel excogitari et quod
non debeat aliquis potestatem vel assessorem facere nec tenere
vel aliquis qui presit alicui captivo nec ludere nec ludum
tenere vel ad quem pecunia prodesse possit nec maccellum
vel alios pannos nec aliquid aliud aliqua causa vel ratione
ei tollere vel auferre. ¶ Item quod quilibet custos utriusque
carceris teneatur et debeant tam debitores quam et alios
pro maleficiis detentos recipere et custodire sub eius
examine precepto pro potestatis vel capitanei vel eorum iudicum et offitia
les vel alios offitiales communis Perusii. quod si non fecerint vel
recusaverint teneantur et debeant nichilominus solvere et tu
re communi et creditoribus quantitatem pro qua malefactores seu
debitores detineri deberent. ¶ Et si aliquis de dictis
custodibus fuerit aliquis captivus qui in aliquo loco du
ceret acceptus pro violentia sive vi primatur ille vel illi
qui hoc fecerit si captivus quem acceperit detinebatur
occasione maleficii de quo esset pena .pe. .i. v.
librarum denariorum et si deberet solvere pro malleficio pro quo detine
retur ille acceptus pecuniam communi illam quantitatem communi
accipiens solvere compellatur et si pro debito detineretur cap
tivus acceptus accipiens ad solutionem et satisfactionem debiti pro quo
tenebatur captivus acceptus penitus compellatur. Et preterea
communi Perusii .C. librarum denariorum solvere teneantur et de predictis quo
libet sit et esse possit accusator et nichilominus potestas et capitaneus
vel alter eorum de predictis possit et debeat et teneantur inqui
rere non obstante aliquo capitulo et maxime capitulo inqui
sitionum et contrafaciens puniatur ut supra dictum est. ¶ Item
quod dicti custodes non possint nec debeant extrahere aliquem extra
illum carcerem. scilicet detentos pro maleficio sine licentia dominorum
potestatis vel capitanei et pro debitis sine licentia suorum credi
torum ad quorum petitionem de iure detineri debent. ¶ Et quod
contrafacientes ad solutionem dicti debiti pro quo tenetur nichilominus
compellantur. ¶ Item quod ipsi custodes utriusque carceris
debeant et teneantur qualibet die ducere unum captivum
de qualibet captivitate per civitatem ut possit petere
elemosinam adhuc ut de ipsis tam ipse qui petierit
quam etiam alii qui detinentur possint de ipsis helemo
sinis substentari. ¶ Item quod ipsi custodes non pos
sint comedere vel bibere cum aliquibus captivorum
pro ipsis detemptorum vel altero eorum. ¶ Item quod domini
potestas et capitaneus et priores artium teneantur actari dictos
carceres communis de hostiis et aliis rebus ad ipsos car
ceres necessariis ad sensum et voluntatem custo
dum expensis communis Perusii ita quod captivi qui deti
nebuntur possint per ipsos custodes sub fida custo
dia detineri. ¶ Insuper capitaneus de consilio .v. bono
rum hominum. scilicet unius pro porta a prioribus eligendorum quod
dictorum priorum teneantur extrahere et liberare de carceribus
communis duos captivos qui ibi detinentur in die vene
ris sancti et duos alios in festo nativitatis domini nostri ie
su xpisti et duos alios in festo beati herculani de mense
martii et duos alios in festo quod celebratur ad honorem
corporis ihesu xpisti quinta feria post octavam penthecostem
et hoc annuatim observetur et ab hodie .vi. iunii in antea
valiturum. Ad honorem nativitatis domini et pas
sionis sue dummodo illi extrahantur qui pro minori
pena detinentur et non alii ullo modo et detenti fuissent
ante per .vj. menses continuos quam de carceribus liberentur
et relaxentur supradicta de causa vel altera eadem.
Et si plures essent detenti qui convenirent in eadem
quantitate pene examinatur qui maiori tempore ste
terint in carcere et si convenirent in quantitate et
tempore sorte diviniatur qui eorum sint extrahendi.

Pro debitis autem nemo de carceribus relaxetur nec extrahatur
nec extrahi vel liberari possit cum predicta sine licentia sui vel suorum
creditorum sub pena .V. libr. den. In carcere autem fiendo
pro mulieribus sint et fiant due sere et due claves quarum
unam teneat unus frater de penitentia qui minister eligere et appellatur
et aliam custodes carceris. Et quod domini priores ad habeant et
habere intelligantur auctoritatem potestatem et bailiam ordinandi et
solum faciendi quascumque de quacumque pecunia comunis populi
pro actatione et acconcime carcerum comunis populi et pro ferris et se
raminis datis et dandis predictis superius et carceratis
ibidem. Et quod Margarita alias dicta Cincia olim de Roma et
et habitatrix ville Peretole que detinetur in dicto carcere
inter captivos et carceratos quod in decens et inhonestum est
valde eximatur et extrahatur ac liberetur de dicto carcere amo
re dei non obstante aliqua contempnatione de ipsa facta.

xxiij Qualiter aperiatur domus de nocte ubi erunt
lusores.



Item sit licitum familie potestatis et capitanei si fuerit cum ea
iudex vel miles vel notarius de nocte facere aperiri domos
alterius non invitetur seu steterit vel inspicere erit quod erunt
lusores taxillorum seu bibitores seu per suspecte ca
rimandi et inveniendi eos. Et quicumque non aperuerit
domum dictis vel familiaribus potestatis et capitanei ut dictum est solvat
pene nomine .X. libr. den. et stetur de hiis dicto familie capitanei.
si miles vel iudex vel notarius vel potestatis vel capitanei fuerit cum eisdem.
Et capitaneus possit quandocumque sibi videbitur et utile crediderit
facere pulsari campanam populi tantum quantum placuerit ad
matutinum ad ecclesiam sancti Laurentii et a tunc si sibi videbitur
expedire. Et nullus vadat per civitatem et burgos
ante sonum campane superius nominate.

xxiiij Qualiter obligatus pro clerico conveniet in contempnis.

Si aliquis fecit vel faciet aliquam obligationem apud
aliquam personam pro aliquo clerico et ille clericus ante tempus ipsius
obligationis vel post dedisset vel cessisset ius vel actionem de bo
nis suis vel parte ipsorum aliam talis iuris cessio non pre
iudicet illi qui obligationem pro illo clerico fecisset set ille ces
sionarius vel cessionaria qui vel que ius recepisset
ab ipso clerico debeat eum qui se obligasset ab ipso clerico
in contempnem conservare ab obligatione facta pro eo de illis
bonis et rebus de quibus ius et actionem recepisset ab ipso
clerico. Et capitaneus tali obligato petitus satisfacere
teneatur et eum indempnem faciat conservari de ipsis bonis et re
bus usque in quantitatem que dicta bona et res valerent
ad petitionem ipsius obligati non obstante aliquo statuto
precedente vel sequente hoc capitulum. Volumus
insuper firmiter statuentes quod capitaneus vel alii iudices comunis
populi debeant et teneantur instrumentum vel instrumenta conservationis
in contempnitatum facta a quocumque clerico mandare executio
ni contra illas personas vel illas personas que recepissent ius vel actionem
de bonis cuiuscumque clerici qui se obligasset et instrumentum con
servationis indempnitatis esset factum ab eis de personis que ius
vel actionem recepissent a clerico quocumque obligato. Et pro
inde executioni mandetur instrumentum conservationis contra dictas perso
nas que ius recepissent sicut mandantur per iudices comunis
populi instrumenta confessionum locum habeat in preteritis et in quibus
preteritis sint et hoc locum habeat in presentibus et futuris et causis

pendentibus coram quocumque iudice appellationis vel alio. Insuper
dicto .§. duximus adiungendum quod potestas et capitaneus et eorum iudices et
alii iudices comunis populi debeant et teneantur instrumentum vel instrumenta con
servationis indempnitatis facta a quocumque clerico mandare executio
ni ~~mandare executioni~~ contra illas personas vel illas que haberent vel
possiderent per se vel alium de bonis et rebus que fuissent cuiuscumque
clerici qui se obligasset et instrumentum conservationis indempnitatis fecis
set vel que ipse clericus tempore obligationis vel post possedisset ac si
dictum instrumentum premissum et conservationis indempnitatis esset factum ab eis
dem personis que bona que fuissent talis clerici possiderent
ipsa instrumenta adeo valeant facta contra ipsas personas que possiderent vel de
tinerent de bonis que fuissent clerici obligati sicut mandarentur
per iudices comunis populi instrumenta confessionum seu in quibus continetur
de confessione facienda et utrum habeat vel possideat de bonis
que fuissent talis clerici possint recipi probationes et testes
summarie sine libelli porrectione et litis contestatione et statuto quod lo
quitur de confessionibus locum habeat contra tales possessores et ipsa instrumenta
et statutum contra ipsum deceptorem vel possessorem executioni mandentur
ac si ab eodem deceptore et possessore bonorum que fuissent
clerici ipsa instrumenta facta fuissent et illi qui vendidissent talium
clericorum et illi qui se ad ipsorum defensionem obligassent cogan
tur talibus possessoribus vel pretium rei vendite restituere vel sa
tisfacere eis de pecunia quam solverint summarie sine libelli por
rectione et litis contestatione ad predicta. Presenti .§. du
ximus statuendum. Cum multi cives populi excedentes propria liberali
tate se et bona ipsorum pro diversis universitatibus et collegiis
et non subiectis diversarum iurisdictionum obligaverint et puniri
possent quod minime convenientes non erit consentaneum et digno
satis quod potestas et capitaneus comunis populi ad penam .C. libr. den. cogant
solventes ipsi comuni ad petitionem cuiuscumque petentis vel obli
gati nunc vel in futurum pro aliquo collegio vel universitate
sive non subiecto vel qui ab eis recipere aliquid deberet cuius
cumque iurisdictioni existant subiecti comunis populi vel non subiecti
principaliter vindicet potestas et capitaneus comunis predictis in civilibus
et in criminalibus teneantur procedere contra universitatem vel collegium
seu non subiectum summarie sicut procedit contra speciales personas pro eorum
confessionem vel si aliquo obstaculo vel impedimento contra predictos procedi
non possent potestas et capitaneus et iudices predicti et quilibet ipsorum ad pe
titionem illorum qui pro tali collegio vel universitate fuerint ob
ligati vel qui ab eis recipere debent teneantur et debeant
precise debitores contumatores personarios laboratores
collegii et universitatis vel non subiecti cives populi in civilibus
et in criminalibus compellere ad solvendum quicquid debent tali
collegio vel universitati illi vel illis qui pro tali collegio
vel universitate et non subiecto extiterint obligati vel re
cipere debent per inde ac si contra predictos debitores haberent instrumentum
confessionis principaliter eis factum in quo debitores talium
collegiorum vel universitatum et non subiectorum promisissent
id quod collegio vel universitati et non subiecto extiterint o
bligati vel ab eis recipere debent et premissorum confessionem facerent co
ram iudice comunis populi. Et si tempore solvendi debitum col
legio vel universitati non dato tempore quo petitur veniret appel
lans predicti debitores per instrumentum premissum et confessionem facerent
de solvendo predictum debitum illi vel illis qui pro tali col
legio vel universitate fuerint obligati vel collegio deberet
per inde ac si instrumentum confessionis de hoc haberent contra ipsos et ille
vel illi cui vel quibus tales debitores fecerint predictas per

misse vel obligat vel soluunt pdcta debita tamen facere fine et refutat noie collegii vel universitat vel non subiecti de pdcto debito sibi soluto vel pmisso dcis debitoribz et tales refut valeat et teneat et ppetuo obsuent pinde ac si fce ecent p legit find vel ab illis non subiectis q recipe deberet et pecunia fuisset versa in utilitate universitatis vel collegii vel non subiecta. et sit in electione petentium alteram ex supdcis viis et remediis eligere sonia una electa possit ad aliam recurre et nichominus omnes simul pete et psequi usqz ad satisfat debiti nullo obstante. Et tenat pot et capit p case compelle ad pete pdcorum illos q dicent debitores pdcorum collegii vel universitatis vel non subiecti confiteri vel negare an sit debitores et in qua quantitate et si repti fuerint in mendatio condepnet coi puf . in . l. libr. dn. p qualibz vice et nichilominus quantitate debitam solue compellat ut sup dcm est et intelligat ee ptati collegio vel universitat obligati vel ab eis recipe debere eo ipso q hunt instrum a confuat in depnitat vel pmisse debiti a syndico actore vel pcuratore collegii vel universitat vel ab plato eorum quisit vel fuit tpr contractus qui confecit utilite face pro sua universitat vel collegii absqz firmaria constitutione vel et qui hunt alias plationes legittimas saltim duorum testium firmarie habita cognitione et in favore pdcorum obligatorum locum heat oia statut loquentia de siteuisse et de confessis pinde ac sup dcm hrent instrum confuat et confessionum legitte confectata et cont instrum confuationum que habetur et alias pbationes sicut supdcm est non possint opponi n except que opponunt cont confessionem iudz fenus et refutat pregat tinum et instrum debiti cancellati nullitatis aut exceptio vel alia dilatoria declinatoria vel pmpt nulla possit opponi et hec capitulum pcise debeant obsuari non obstante aliquo capitulo stat vel reformat vel ordinamitorum pcedenti vel sequenti cuiuscumqz tenoris existat et si oporteret q expssa mentio fieret de illo ad vbum in psenti. Et istud capitulum nullam recipiat intpretationem vel declarationem p aliqua iura civilia vel canonica vel municipalia set ad litteram obsuentur sicut vba sonant ex nunc valit.

De potestaria nuceri.

Statuimus et ordo q potas Comit nuceri i posterum eligetur sit et ee debeat pusinus seu de puf eligat i maiori consilio ad brevia et sint et ee debeant . xv . electores de quibz ad min xii . debeant ee concordes et duret in offitio dce potarie p sex mes tm et non ult. Et sic de sex in sex mes p unum mes an pncipium offitii eligat. Qui potas heat et hre debeat a coi nuceri p suo salario mille duodecas libr. den pusin pnoz pdco tpr sex mes cum uno iudice tribz not xx . beruariis et iiii or equis . Quos offitiales familiares et equos tene et habere debeat . pot . pdcs continue in comit nuceri toto tpr sui offitii p ipso offitio exercendo . Et q ult dcm salarium a coi nuceri vel spalibz psonis dce comit coitat vel district ipius nichil lucrari vel pcipere debeant . que potaria vadat de porta in porta et qui in sex mes erit potas nuceri de magnatibz in aliis sex mes sit et ee debeant de pplo. Et q quo ad potarias hndas nuceri habeant de magnatibz.

xvj . De potestaria castri pleb.

Statuimus et ordinamus q uno mese an q finiat tps pot castri plebis in maiori consilio Comit et burgorum civitatibus ad brevia fiat et ee debeant tria brevia singnata ita q sint et ee debeant int oes . xv . electionarii et obtinentes brevia signata de electione pdcam debeant et possint coiter et concorditer eligere et vocare in pot unum ex civibz puf magis ydoneum et sufficiente ad dcam potariam et offitium suscipiendum p sex mes et si oes . xv . electionarii non eet concordes q xii . ex eis possint elige et vocare si extiterint concordes sine contradictione alior triu et dca electio valeat et teneat et habeat roboris firmitat ac si coit ab oibus eet electus q si ult dcam formam fuit dicta electio non valeat ullo m. et sit cassa ipo iure set alium ordine supdco in pot dci castri elige teneant et sic de sex mes in sex mes fiat et pcedat. Et q debeat ee dcs pot et eligi p portas non possit nec debeat eligi n vocari in pot dci castri donec in aliis dcarum portarum oes non fuerint electi et non hueint dcam potariam et ipis portis finitis ad pmam portam que porta . Primo hunt dcam potariam dca electio devoluat et sic p ordo de porta in portam pdctus eligatur Et sex mes sit et ee debeat . unus p potatu de magnatibz alt vo sit et ee debeat de pplo puf . Et q pdci offitiales electi et quilibz eorum et qui in futurum eligerent heat et hre debeat et secum ducere unum bonum et iuris peritum iudicem et tres bonos et exercitatos not et unus quorum sit et ee debeat not ad malla et ad reforzat consiliorum alt not sit et ee debeant sup damnis datis . et alt not sit et eet debeat sup causis civilibz et ex ordo et custodia dci castri et eius districtus sm q p pot dci castri extitit puisum . Et xx ti bonos et abiles ad arma portand beruarios qui non sint ex tali pmti de civit et comit puf et quattuor equos et heat et hre debeat quilibz dcorum pot p suo et dce sue familie et offo comille libr dn . puf pnoz et non plus p sex mes . et teneant et debeant acce dci castri dare dco pot . solut dci salarii quolibz mes p rata tpris et p rata quantitatis pdce. Et q dci pot et quilibz eorum teneat et debeant a dcis suis beruariis facere fi custodiam portarum dci castri et claves dcarum portarum et ipas claves apud se retine et turrim sive campanile Ecclie sci gervasii de dco castro et totam custodiam dicti castri et eius district put et sic eide videbit faciend . Et q supdcti electi et qui fuerint electi in futurum et quilibz eorum teneant et debeant an q vadant vel accedat vel mictant ad dcm castrum ad dcm offitium exercend . Capitaneo coit et ppli . puf recip p dco coi puf p se et sua familia iurare obligationes et pmissiones face et dare decem sufficientes pmissores et fideiussores de consnando et manutenendo dcm coe castri pdci in bono et pacifico statu in melius et de resignando dco coi puf dcm castrum coe et universitat dci castri et eius districtus et detenendo et augmentando iurisdict cois et ppli puf ad penam . x . marcarum argenti et obligat oium eorum bonorum. Et q continue pnpm pot et eius iud et familiam maiulibz emina

libras in dicto castro ius reddi debeat et illud ius fieri debeat per ipsum potestatem et eius iudicem et familiam Pisanam quod fit et fiet curia Pisana per potestatem vel capitaneum vel eorum vel alicuius eorum seu dicti communis Pisani officiales secundum formam statuti et ordinis communis et populi Pisani ad penam C librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, in qua per capitaneum populi Pisani debeat condempnari.

¶ Et quod in dicto castro non sint nec indici possint ferie nisi que indicte essent ad honorem dei et quod in dicto castro et eius districtu non sint ferie nec dies feriati nisi pro tanto tempore quanto commune Pisanum indicit ferias tempore messium et estatis, tempore vindemiarum, et non plures nisi tempore eorum festivitatum, scilicet in festo beate Marie de mense septembris et sancti Gervasii, circa quorum sint et esse debeant dies feriati pro qualibet dictarum festivitatum VIII diebus et non plus, et plures indici non possint, et si indicerentur irrite sint, casse et irrite, et non debeant observari ad dictam penam; et dictus potestas eius iudex et familia et qui pro tempore fuerint ipsum ius teneantur et debeant facere omnibus Pisanis quod fit in civitate Pisana per officiales communis Pisani ad dictam penam.

¶ Et quod per commune dicti castri non possint esse nec sint aliqui officiales nec eligi in dicto castro qui possint in preiudicium vel derogare seu minuere officium dicte potestarie nisi tantum potestas vel eius familia, nec etiam possint nec debeant esse in dicto castro officiales qui vocentur defensores seu vicarii debeant loco eorum poni.

¶ Et quod non possit dictum commune facere aliqua statuta sine licentia et voluntate communis et populi civitatis Pisane. Et si faceret contra dictam formam sint ipso iure cassa.

¶ Teneantur dictus potestas, iudex et familia ingredere et inquisitionem facere super omnibus et singulis maleficiis de quibus potestas et capitaneus et quilibet officiales communis Pisani possint cognoscere ex forma statuti et ordinis communis et populi Pisani, aliquo statuto dicti castri vel ordine non obstante.

¶ Et quod teneantur et debeant punire et condempnare omnes et singulos arma portantes et deferentes per dictum castrum eiusque districtum contra formam statuti et ordinis communis et populi Pisani in illis penis in quibus per potestatem et capitaneum Pisanum ex forma dictorum statutorum condempnantur et puniantur portantes et arma deferentes contra formam statuti communis Pisani in civitate et eius comitatu.

¶ Insuper statuimus et ordinamus quod cum multi exbanditi communis et populi Pisani pro furtis et diversis maleficiis et delictis refugium habeant in castro predicto, quod dictum commune nec aliqua specialis persona de dicto castro nec eius districtu vel alia persona in dicto castro vel eius districtu non debeant receptare nec retinere aliquem exbanditum communis Pisani, et quod potestas teneatur et debeat capere et capi facere et in fortiam communis Pisani sub fida custodia ducere et duci facere omnes et singulos exbanditos et condempnatos communis Pisani in dicto castro vel eius districtu commorantes ad penam L librarum denariorum pro vice qualibet.

Et quod exbanditi communis Pisani habeantur pro exbanditis in castro plebis, et exbanditi et condempnati dicti castri habeantur pro exbanditis de civitate [illegible] Pisana. Semper remedio appellationis dato pro [illegible] de volentibus [illegible].

¶ Et quod per potestatem vel capitaneum Pisanum possit debeat et teneatur inquisitionem facere cum promotore vel sine promotore tam contra dictum potestatem quam contra dictum commune dicti castri vel aliam personam de predictis et quolibet predictorum et punire et condempnare dicto communi Pisano in pena superdicta secundum formam dictorum statutorum, aliquo capitulo statuti vel ordinis non obstante.

¶ Teneatur et dictus potestas et eius iudex et familia examinare et examinari facere omnes et singulos de dicto castro et eius districtu ad manus eius pervenientia de avere et bonis communis castri predicti a XX annis citra et quod [illegible] ipsorum examinatis [illegible] et debeant facere publicare [illegible] per dictum castrum quod quicumque haberet vel detineret de avere communis castri predicti teneantur [illegible] terminum statuendum per ipsum potestatem reassignare infra dictum terminum. Et talia ad manus cuius sit pervenientia de avere communis dicti castri et aliquid teneretur dicto communi reddere et reassignare quod faciat, et teneatur reassignare reddi et restitui facere dicto communi, et in restitutione quantitatis debite dicto communi et quadruplum dicte quantitatis debite et restituende dicto communi teneatur et debeat condempnari.

¶ Et cum per guerrarum discrimina multa bona et possessiones communis castri predicti sint occupata et apprehensa, teneatur et debeat dictus potestas reinvenire possessiones res et bona communis dicti castri et cogere et constringere quaslibet speciales personas detinentes vel detinentes debitis rebus et possessionibus dicti castri vel restituat et reddat totum id quod communi predicto deberet et possessiones ipsarum rerum dimittere debeant et occupata dicto communi ad dictam penam, et idem observetur et fiat secundum quod continetur in proximo capitulo sive paragrafo quod incipit teneatur et dictus potestas etc.

¶ Insuper ad hoc ut nullus habeat materiam aliquem offendendi aliter de dicto castro vel aliam personam statuti et ordinis quod si aliquis forensis ex comitatu et districtu Pisano et castri predicti offenderit aliquem de dicto castro dominus potestas teneatur et debeat eum condempnare in illa pena qua punitur forensis offendens in civitate Pisana aliquem civem Pisanum secundum formam statuti et ordinis dicti communis, et si forensis vel aliquis de dicto castro offenderet potestatem vel eius iudicem notarium et familiam dicti castri debeat tales offendentes illa pena condempnare et punire qua puniret offendentes potestatem vel capitaneum civitatis Pisane vel aliquem ex eorum familia ex forma statuti et ordinis civitatis predicte, et si aliquis de dicto castro offenderet aliquem Pisanum puniatur ea pena qua puniretur Pisanus offendens Pisanum per potestatem vel capitaneum dicte civitatis.

¶ Preterea volumus statuentes quod nullus civis Pisanus vel comitatensis qui solvat seu solveret in futurum datam et collectam in civitate vel comitatu Pisano, habens vel haberet in futurum possessiones et bona in dicto castro vel eius districtu, possit cogi nec gravari ad solvendum datas et collectas vel alia servitia vel honera seu factiones seu aliquid aliud faciendum per potestatem iudicem vel officiales dicti castri vel aliam personam et per commune et universitatem dicti castri ad penam C librarum denariorum pro vice qualibet.

¶ Ille autem qui erit potestas castri plebis habeat cognitionem de causis et maleficiis prout in ipsius tenore capitulis continetur. Salvo et reservato quod potestas et capitaneus et commune Pisanum possint semper ipsa capitula corrigere et mutare sicut et quando eis videbitur expedire.

¶ Salvo etiam et reservato quod appellationes hominum dicti castri ad Pisanum curiam devenerint et per ipsam curiam cognosci debeat ac determinari. Volumus quod capitaneus Pisanus sit iudex causarum appellationum hominum castri plebis et absque capitaneo Pisano quod fieret in causis et super causis appellationum hominum castri plebis non valeat appellari. Et si potestas castri plebis impediret aliquem appellantem puniatur in L libris denariorum, et liceat appellanti appellare coram potestate dicti castri vel eius officialibus aut coram capitaneo Pisano, ita quod in electione appellationis sit eligere quem predictorum velit, et ob hoc quod coram iudice prime cause non fuerit appellatum non valeat ap

pellatio initiari. ¶ Preterea volumus firmiter statuen
tes quod in castro plebis nec possit nec debeat eligi aliquis
offitialis qui regimen seu offitium pot. castri plebis in a
liquo valeat aliquatenus impedire quo minus idem pot.
valeat facere consilia et ad alia que ad offitium et regimen pote
statis spectent sicut de sua processerit voluntate non ob
stante aliquo capitulo vel ordine quod per homines vel comune dicti castri
vel per aliquos alios de dicto castro de cetero fuerint ordi
nati. ¶ Et volumus quod si aliquis populus fuerit inventus
in castro plebis cum aliquibus armis per aliquem offitialem
castri plebis non puniatur tamquam forensis sed puniatur tamquam
puniretur pro ipsis armis aliquis castellanus dicti castri
et intelligatur de civitatibus comitatensibus et districtua
libus populi non obstante aliquo capitulo castri plebis.
¶ Insuper volumus quod si pot. dicti castri non obtinuerit preceptis
dominorum pot. et capitanei comunis populi et in omnibus et per omnia sol
vat et solvere teneatur pro vice qualibet pene nomine comuni pu
sii. V. libr. den. et plus et minus arbitrio predictorum pot.
et Capitanei. ¶ Et si potestas castri plebis non fecerit legi
licteras in consilio dicti castri quas pot. vel capitaneus comunis populi
ex parte ipsius comunis transmiserit. j. etiam die post representationem
factam earum licteris pot. et capitaneus comunis populi pot. dicti castri. in
xxv. libr. den. debeat condempnare de qua condempnatione syndi
(?) nullatenus intromictat. ¶ Preterea volumus quod pot.
dicti castri prefati et offitiales ipsius castri populi petentibus
in dicto castro faciant summariam iustitiam et plenariam et tale
ius fiat in dicto castro. Civibus populi quale fit in civitate
populi per pot. vel capitaneum vel offitiales alios populi secundum formam
statuti populi et comunis. Et si pot. ipsius castri et offitiales omnibus
populi in dicto castro litigantibus petentibus ius non facerent
summariam iustitiam et plenariam secundum quod fit in civitate perusina pre
dictus cuilibet populi petentis pot. et capitaneus comunis populi si que
rimonia de predictis fuerit exposita coram eis vel aliquo eorum
de per aliquem populi debeat dictum comune castri plebis et po
testatem dicti castri condempnare comuni populi pro vice qualibet
in. C. libr. den. de qua condempnatione iudex iustitie se
(?) intromictere non valeat ullo modo. ¶ Dicimus in
super statuentes quod pot. castri plebis et offitiales ipsius
castri consilium et comune dicti castri vel aliquis eorum non audeat
nec presumat dare vel concedere represalias alicui castel
lano castri plebis nisi alii secundum formam expressam licentia a pot.
et capitaneo et priorum artium Civitatis populi et si contrafecerint vel
ipsi vel aliquis eorum tales represalia non valeat nec teneat
ullo modo et nichilominus comune dicti castri pro vice qualibet qua
contrafactum fuerit condempnetur comuni populi per pot. vel capitaneum in V.
libr. den. ¶ Et pot. castri plebis debeat cogere com
mune comune dicti castri hoc capitulum instatuat castri plebis po
nere et ipsum faciat observari non obstante aliquo sta
tuto capitulo dicti castri huic capitulo repugnante vel con
tradicente et omnia capitula contraria cassentur et irritentur et pro
nullis habeantur et omnes contrafacientes vel [l. dicentes] attingantes a
pena imposita a dictis capitulis absolvantur. ¶ Et comune
castri plebis debeat cassare omne capitulum quod esset con
tra hoc capitulo vel ei posset in aliquo derogare. ¶ Vo
lumus insuper quod pot. castri plebis finito suo offitio
debeat in castro plebis syndicari et reddere ratio
nem in dicto castro cuilibet postulanti. et ibi morari
post exitum sui offitii ad reddendam rationem administrationis sui offitii
cuilibet postulanti quatuor diebus.

non obstante aliqua absolutione vel refutatione que sibi fi
eret et si dictus pot. castri plebis ibi non steterit. viii. diebus
ad faciendum se syndicari et ad reddendum rationem cuilibet
ut dictum est. C. libr. den. comuni populi solvere teneatur et nichilominus
per pot. vel capitaneum cogatur stare et redire ad dictum castrum ut
dictum est. ¶ Teneantur etiam dictus pot. castri predicti omnia et sin
gula capitula et alia ordinamenta depromissis vel aliquo premisso
rum facientia mentionem per omnia registrari facere et scribi
de verbo ad verbum in statuto et volumine statutorum et ordinamentorum comunis
dicti castri ad penam. C. libr. den. et quod comune dicti castri te
neatur observare predicta. ¶ Et pot. dicti castri teneantur
et debeant venire ad dictam statutum et non ad alia in civitate
populi de observando et tenendo omnia et singula supradicta Et
quod pot. vel capitaneus predictus altius et quilibet offitialis
comunis populi teneantur et debeant dicto pot. elegere fami
liare auxilium subsidium et favorem ad dictum offitium exercendum.
¶ Et predictis omnibus et singulis vel aliquo premissorum pot.
vel capitaneus et eorum vel alicuius eorum iudex et quilibet eorum
teneantur et debeant inquisitionem facere contra predictos pot. iudicem
et comune castri predicti et quemlibet aliam personam cum promotore
et sine promotore et punire et condempnare in penis su
perius contentis in capitulis statutorum supradictis aliquo capitulo
statuti in contrarium loquente non obstante. et hoc sit precisum.
¶ Et potestates castri plebis et eorum offitiales et eorum salariis
sint contenti et ultra salarium eis ordinatum super dictum per se
vel alium vel alio quesito colore habere vel recipere non possint
recipientes consulentes et dantes. Mille libr. den. penam
incurrant et quos syndicator ipsius potestatis inquirere
teneantur et auferre pro comuni populi et si fuerit negligens. V.
libr. den. comuni populi solvere teneatur et si dictus sindicus erit negligens
in predictis Capitaneus populi ex suo offitio et ad petitionem cuiuscumque
petentis in predictis teneantur et debeant inquirere et eos con
dempnare in pena predicta non obstante si diceretur absolutio
aperte per suum syndicatorem in castro plebis. Et
si capitaneus erit negligens pena simili puniatur. ¶ Et quod
dictum est in potestaria et potestate castri plebis et defideuus
foribus dandis idem intelligatur in potestaria Civitatis nu
cerii et in pot. et eius offitio. ¶ Et quod quilibet pot. ad
civitatem nucerii et quilibet capitaneus comunis populi ad castrum
plebis prima die eorum offitii teneantur mictere unum ex
eorum iudicibus et notarius adsignandum et examinandum pot.
nucerii et pot. castri plebis et eorum offitiales quorum
syndicatus duret per. iiii. dies post depositionem eorum
offitii. ¶ Et habeat dictus iudex potestatis seu populi syndicato
